

el padre alguna cosa de lo suyo, los otros hijos legítimos, que fueren de aquel padre mismo, pueden reuocar (c) la donacion (4) e la manda (5). Fuera ende, si el Rey le confirmasse (6) la donacion, o la manda (d) por su preuilejo. E si hijos legítimos non ouiere, puedenla reuocar (e) los hermanos (7) del padre deste fijo atal, o su auuelo, o su auuela. E si tales parientes non ouiesen que la reuocassen, o si los ouiere, fuessen tan negligentes, que non quisiessen demandar fasta dos mes (8) lo que fuesse dado a tal fijo como este, estonce deue ser del Rey (f).

(a) L. 17, tit. 6, lib. 3 del F. R.

(b) Atención á la glosa.

(c) Hoy no procede esta revocacion, pues aun los hijos espurios tienen derecho á la quinta parte de la herencia, por vía de alimentos, conforme á las LL. 9 y 10 de Toro, que son las LL. 5 y 6, tit. 20, lib. 10 de la N. R.

(d) Tampoco procede hoy esta confirmacion, porque si lo que el testador deja á su hijo spurio cabe en el quinto, no la necesita; y si pasa del quinto, no puede aprobarse el exceso con perjuicio de tercero, como se verificaria cercenando la porcion legal de los hijos legítimos. No tiene, por tanto, el Rey la facultad que en esta ley se le atribuye.

(e) Véase nuestra nota 3.^a á esta misma ley.

(f) De la Hacienda nacional sería en tal caso; mas en atencion á lo expuesto en las notas precedentes, no es aplicable hoy esta disposicion.

LEX X.—Nota ex fornicatione, adulterio, vel incestu, non potest inter vivos, vel in morte pater donare, aliás revocant fratres legítimi, aut patrui, vel avi, nisi Rex confirmet: et si intra duos menses non revocent, vel non sunt qui revocent, sic donatum vel relictum erit Regis. Hoc dicit.

(1) De fornicacion. Intellige de ea fornicatione, quæ etiam accedente fornicationis consensu conjugalis esse non potest, nam aliás inter solutum et solutam filius inde habitus naturalis diceretur, et non spurius, ut supra eod. l. 8. Et quod de tali fornicatione hæc lex debet intelligi, patet etiam ex l. 1. tit. 15 supra, 4. Partit. quæ natum ex adulterio vel incestu appellat fornicinum, et ex l. fin. tit. 14. ead. Partit. 4. quæ dicit idem esse dicere spurium, quod fornicinum.

(2) Fijo natural. Imo est spurius, vide dict. l. 1. tit. 15. Part. 4. et quæ ibi dixi.

(3) Heredar. Sunt enim tales filii omnino incapaces respectu patris, et neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex contractu inter vivos aliquid à patre capere possunt, ut in §. fin. mod. natural. efficiant sui, et in authent. ex complexu, C. de incest. nupt. et in authent. licet, C. de natural. liber. et hic, et l. 4. tit. 5. supra ead. Part. nisi sit ad alimenta, ut in l. 9. et 10. in Ordinem Tauri, et in l. 5. tit. 19. 4. Part. et in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter. et per Bartol. in dict. authent. ex complexu, et respectu talium alimentorum erunt capaces etiam ratione proprietatis, stantibus filiis legítimis aliis, usque ad quintam bonorum, ut in dict. II. Tauri, et non stantibus, etiamsi excederet quintam, dummodo talis proprietas æstimata non excedat valorem necessarium ad alimentandum filium spurium, considerata ejus ætate, et qualitate, et dignitate ejus et patris, ut novissimè tradit Roderic. Suarez in repetit. l. 1. tit. 6 lib. 5. For. II. vers. secundum est, utrum legatum alimentorum: et cum ex dictis II. 9. et 10. Tauri, permittatur patri filio spurio titulo alimentorum posse legare, vel donare usque ad quintam bonorum, procederet, etsi filius ditissimus sit, ut tradit Aimon. consil. 199.

(4) La donacion. Non potest ergo donari filio spurio per patrem, ut hic vides, et dixi supra in gloss. proxim. Quid autem si pater donec filio decem, et rogavit eum, ut ea restitueret; an valebit fideicommissum? Bald. in l. ab eo, C. de fideicommissis. dicit, quod sic, quia licet non capiat, neque obligetur, tamen tanquam executor restituere potest, allegat l. si quis quos, D. de legat. 2. Bart. tamen in l. eam quam, C. eod. col. penult. vers. quæro, 4. vult contrarium,

videlicet, quod ille qui est incapax in totum, cum habeatur pro non scripto, non teneat fideicommissum ex persona ejus, per notata in l. codicillis, in princip. D. de legat. 2. sive sit fideicommissum universale, sive particulare, et contra Baldum tenet Alexander in l. cogi, §. hi qui solidum, D. ad Trebell. col. penult. et Jason in dict. l. eam quam, col. fin. quos videas. Quid autem ex titulo venditionis, ut quia inter se vendere velint? Specul. tit. de success. ab intest. col. fin. dicit quod neque titulo venditionis, si ponas hoc fieri ex prohibito affectu; sed si tanquam inter prorsus extraneos, fortè secundum eum tenebit venditio, argumento D. de donation. inter vir. et uxor l. si sponsus, §. circa, et D. de contrah. empt. l. si quis donationis. Sed contra istud dictum facit l. 1. C. de natural. liber. quæ locuta fuit de titulo emptionis, ut neque hæc via filii spurii, de quibus ibi, essent capaces: cui adde l. 2. tit. 5. lib. 5. Ordinem. et l. 22. tit. 9. lib. 1. Ordinem. Regal. et fortè in dubio præsumendum esset, emptionem factam ex prohibito affectu, per illam l. et per dictas II. regni. Si verò constaret rem gestam, ut inter extraneos, fortè procederet dictum Speculatoris, præsertim attentis verbis hujus legis Partitarum, qui nihil dicit de emptione, sed de donatione; et facit etiam quod Albericus dicit in dict. l. 1. cum dicit: nota, contractum inicum per patrem cum filiis naturalibus, vel uxore non legitima, præsumi fictitium et in fraudem factum, et ideò retractatur pro hoc, D. de probation. l. qui testamentum, in fin. et ibi vide Glossam, et Salicet. in dict. l. 1. ubi et Baldus. Segura tamen in repetit. l. 5. §. fin. D. de liber. et posthum. fol. 20. col. 1. per illas II. Ordinem. menti, vult, quod neque titulo vero emptionis: sed fortè limitandum est, ut dixi. Quid autem si filius spurius emat ab eo, cui pater vendidit, vide Bart. in l. si is qui, in fin. D. de vulg. et pupill. ubi vult, quod adhuc alienatio præsumatur facta in fraudem.

(5) La demanda. Ab alio tamen, quam à patre, etiam ab avo, potest spurio donari, vel relinquere, Gloss. et Doctores in dict. l. 1. C. de natural. liber. et dixi in l. 4. tit. 5. supra ead. Part. intellige tamen quod dixi, quando relinquitur ab avo non habente legitimum sobolem, nam si haberet, non potest relinquere nepoti spurio, nisi esset intra quintam bonorum per fil. hujus regni. Idem neque posset avus habens legitimum sobolem ultra dictam quintam relinquere nepoti etiam legitimo et naturali ex filio spurio, ut tenet Gloss. in l. fin. C. de natural. liber. per textum ibi, et tradit Jason. in l. hæreditas, penult. col. C. de his quib. ut indig. et tradit Didacus à Covar. in suo epitome matrimoniali, part. 2. cap. 8. vers. 2. conclusio. An autem possit à patre relinqui spurio, cum capere possit? Vide Bald. in l. eam quam, col. 11. C. de fideicommissis. vers. et ex hoc inferitur, ubi dicit, quod non valet relictum: et illud dictum Baldi dicit pulebrum, et singulare Paulus de Cast. quem vide in l. 1. D. de regul. Catonianna; contrarium tamen tenet Alexander, et videtur communis opinio, in l. Gallus, §. instituens, col. 1. D. de liber. et posthum. Decius consil. 176. col. antepenult.

An autem possit capere spurius quod relinquitur causa conditionis implendæ? Bald. in dict. l. eam quam, circa fin. vers. sed juxta prædicta, dicit, quod non, allegans glossam notabilem id tenentem in l. quod conditionis, D. de donat. caus. mort. quæ est glossa singularis, et idem tenet Bald. in §. naturales, col. 1. vers. extra notata, si de feud. fuer. controvers. inter domin. et agnat. Vide etiam per Bald. in dict. l. eam quam, in fin. et ibi addita, utrum spurius possit succedere patri, qui non est solvendo. Adde etiam, quod bene poterit substitui vulgariter filio spurio, vide per Bald. in l. humanitas, col. 10. C. de impuber. et aliis substit. ipse tamen spurius non poterit substitui vulgariter, neque per fideicommissum à patre, ut post alios tradit latè Guiliel. Benedicet. in repetit. cap. Raynautius, de testam. in verbo et uxorem, num. 690.

(6) Confirmasse. Cum clausula, non obstante, ut tradit Gloss. in dict. l. 1. C. de natural. liber. et tradit Azon. C. eod. in summa, col. 2. vers. quid si Imperator: vide per Salic. l. fin. C. de divers. rescript.

(7) Los hermanos. Concordat cum dict. l. 1. C. de natural. liber. et nota bene, quia hæc lex approbat opinionem Azonis ibi in summa, qui intellexit illam legem etiam in spuris natis ex aliis personis non in dignitate positis. Et advertit, quia per istam legem videtur reprobari quædam, quæ erat magis communis opinio, videlicet quod relictum spurio palam, remanere debeat penes hæredem scriptum, vel apud venientes ab intestato; non autem primo vadat ad personas nominatas in dicta l. 1. et hic; quam opinionem tenet Bart. in l. hæreditas, C. de his, quib. ut indig. ubi etiam Bald. Angel. et Salicet. et

Alexand. dicens istam opinionem magis communem: et idem tenet Bart. in dict. l. 1. ubi et Salicet. dicit, quod istæ personæ ibi et hic nominatæ, non admittuntur priusquam hæredes, sed venient istæ personæ inter se ordine successivo, eo ordine quo hæreditas defertur ab intestato, tamen post hæredem scriptum. Et ut hic vides hæc lex sequens opinionem Azonis, vult, quod primo loco statim defertur personis hic scriptis; quam opinionem etiam voluit tenere Gloss. in l. hæreditas, et inter eas defertur ordine successivo, ut dixit Salicet. Quod tu tene menti contra dictam magis communem opinionem, quam etiam tenuit Bartolus, ubi plenè tractat, in l. fin. col. 2. D. de his, quibus ut indig. vers. quæro et revoco in dubium, et sic quod ex istis II. Partitarum fiat distinctio inter omnino incapaces, qui non dicuntur indigni, et tunc procedat opinio Bartoli, et quod habetur in l. 1. C. de hæred. instituend. et in l. fin. tit. 7. ead. Part. et inter capaces, ob indignitatem etiam sine culpa sui, quia alieno vitio laborant, ut isti spurii, et tunc procedat opinio Azonis, et Glossæ in dict. l. hæreditas, quæ approbatur hic. Tu verò cogita, si quomodo possit defendi communis opinio ab ista lege Partitarum, ut videlicet intelligatur non existente hærede scripto, cum hæc lex non apperiat hæredem fore scriptum, ut esset magna restrictio ad istam legem.

(8) Fasta dos meses. Concordat cum dict. l. 1. C. de natural. liber. et facit, quod si possessor majoriæ committat tale delictum, propter quod transeat in sequentem vocatum, quod si ille sit negligens in petendo intra duos menses, quod possit petere fiscus; et adde, quod Baldus notabiliter dicit in §. fin. in fin. per quos fact investit. Cogita tamen, an cursus duorum mensium tantum sufficiat, et vide quæ dixi supra in l. 10. 4. Part. in gloss. magna, vers. item pone, ut 26.

LEY XI.—Quales filios, de aquellos que non son legítimos, pueden heredar a sus madres.

Las madres siempre son ciertas (1) de los fijos que nascen dellas; por esta razon (2) todo fijo deue heredar en los bienes de su madre (3) en vno con los otros fijos legítimos (4) (a) que nascen della, quier sea legitimo, o non. Fuera ende, si fuesse tal fijo como el que llaman en latin incestuoso, que quiere tanto dezir, como el que es engrandado de ome, e de muger, que sean parientes fasta el quarto grado: o fuesse otro que llaman en latin, natus ex damnato coitu (5), que quiere tanto dezir, como el que nasce de muger Religiosa (6), que es ayuntamiento dañado por sentencia de ley (b). Eso mesmo seria, si tal muger como esta fuesse dueña de noble linaje (7), o de honrrado lugar (c). Ca si esta atal ouiesse fijo, e de aquellos que son llamados espurios, non deue heredar de los bienes della el spurio con el legitimo (8) (d). E spurio es llamado (9) el que nascio de muger puta, que se da a muchos.

(a) Véase la glosa que advierte hallarse corregida esta disposicion por la L. 9 de Toro, que es la L. 5, tit. 20, lib. 10 de la N. R., en la cual se manda que «los hijos bastardos ó ilegítimos, de cualquier calidad que sean, no puedan heredar á sus madres ex testamento, ni ab intestato», en caso que tengan sus madres hijo ó hijos, ó descendientes legítimos: pero bien permitimos que les puedan en vida ó en muerte mandar la quinta parte de sus bienes, de la cual podrian disponer por su ánima, y no mas ni allende.»

(b) La L. 9 de Toro, mencionada en la nota precedente, continúa en los términos que siguen: «Y en caso que no tenga la mujer hijos ó descendientes legítimos, aunque tenga padre ó madre ó ascendientes legítimos, mandamos que el hijo ó hijos, ó descendientes que tuviere naturales ó espurios, por su orden y grado le sean herederos legítimos ex testamento y ab intestato; salvo si los tales hijos fueren de dañado y punible ayuntamiento de parte de la madre, que en tal caso mandamos que no puedan heredar á sus madres ni ex testamento ni ab intestato; pero bien

permitimos que les puedan en vida ó en muerte mandar hasta la quinta parte de sus bienes y no mas, de la que podian disponer por su ánima.»

(a) La diferencia de linaje y de lugar es hoy nula. Véase nuestra nota á la L. 17, tit. 5, P. 2.

(d) Sea cual fuere la madre, no pueden ya los hijos espurios concurrir á heredar con los legítimos, como advierte la glosa citando la L. 9 de Toro, que dejamos referida en la nota 1.^a á esta misma ley.

LEX XI.—Mater semper est certa, ideo ad ejus successionem spurii cum legitimis admittuntur, nisi sint incestuosi ex consanguineis infra quartum gradum geniti, aut ex damnato coitu, id est, ex Religiosa; vel mulier sit nobilis generis, cui non succedit vulgo quæsitus cum legitimis. Hoc dicit.

(1) Siempre son ciertas. Adde l. quia semper, D. de in jus vocand. et dicit Philosophus 1. de generatione animalium, quod fecunda in generatione dat corpus, id est, ministrat materiam corporis informem, formatur autem per virtutem formativam, quæ est in semine patris: et laboriosior est generatio matrum, quam patrum, et magis sciunt, qui sunt ipsarum filii, quam patres, ex quo secundum Philosophum 9 ethicor. magis sunt amantes filiorum, quam patres. Item quia mater plus laborat in generatione et educatione, quam pater, unde dicitur Ecclesiastici cap. 7. v. 29. gemitum matris tuæ ne obliviscaris.

(2) Por esta razon. Adde §. novissimè, Institut. ad Orficiam.

(3) Los bienes de su madre. Idem dicit in bonis avæ maternæ, vel alterius ascendentis per maternam lineam, perinde ac si nati essent de legitimo matrimonio, ut in dict. §. novissimè, et l. si spurius, et l. hac parte, D. unde cognat. et l. Modestinus, et in l. 9 in Ordinem Tauri, ibi: por su orden, y grado: et tradit Mathesillanus in suo tract. de succession. ab intestat. fol. 1. col. 4. Angel. Aretin. in dict. §. novissimè. Et idem dicit contra in matre, et avia, et aliis ascendentibus naturalibus, ut similiter succedant suis descendibus naturalibus: ut in dict. l. si spurius, et in §. fin. Institut. ad Tertull. et in §. vulgo, Institut. de succession. cognat. tradit Mathesillanus suo dict. tractat. fol. 6. columna. 5. vers. aut sunt parentes. Angel. Aretin. in §. præferuntur, Institut. ad Tertull. et probatur in l. 6. in Ordinem Tauri, nam in hoc perinde est, ac si nati essent ex legitimo matrimonio, et poterit tamen mater, quam avia, vel alii ascendentes per lineam maternam, quærellare contra testamentum talis descendens, l. si suspecta, §. de inofficioso, D. inoffic. testam. quæ lex licet loquatur in matre, idem dicendum in aliis ascendentibus, quæ in ejus locum subintrant, ut in §. cum filiis, Institut. de hæredit. quæ ab intest. defer. et tradit Socinus, et ibi in subscriptione etiam Bald. de Bartholinis consil. 148. l. volum. incipit, Memini, jam sunt duo menses, et probatur in dict. l. 6. in Ordinem Tauri, et in l. nam etsi parentibus, D. de inoffic. testam. et eandem legitimum debent habere in bonis talium descendendum, ac si tales descendentes essent de legitimo matrimonio, ut probatur in dict. l. 6. et 9. in Ordinem Tauri, et juxta notata per Gloss. et ibi Salicet. et Doctores in authent. novissima, C. de inoffic. testam. Et pro indubitato tradit Socin. in dict. consil. quod in talibus naturalibus, seu spuris respectu successionis maternæ legitima sit triens, juxta dictam authent. novissima, quæ auxit antiquam legitimum, quæ erat quarta, ut in l. Papinianus, §. quarta, D. de inoffic. testam. l. cum quæritur, C. eod. et hodie per II. hujus regni est etiam aucta in filiis et descendibus, ut in l. 9. tit. 5. lib. 5. Foro II. et in dict. l. 6. ubi etiam, quod duæ tertie partes ex tribus debentur pro legitima ascendendum: et licet illa l. 6. dicat: los ascendientes legítimos, verificatur etiam in ascendentibus naturalibus per lineam maternam, qui ut dixi, perinde succedunt, ac si essent de legitimo matrimonio, ut etiam probari videtur in dict. l. 9. tit. 5. lib. 5. For. LL. cum dicit, que ajan derecho de heredar. Neque obstat matri, neque avæ maternæ, quod habeat filios legitimos et naturales, ut ex hoc repellatur à successione filii vel nepotis naturalis, cum nullo jure caveatur, quod tales filii sui obstant, et quia id in simili quæstione videtur decidere Mathesillanus in dict. suo tract. de success. ab intestat. 6. fol. col. 5. vers. aut sunt parentes, cum dicit, quod etiam illustris mater succedit filio naturali, licet habeat filios legitimos et naturales; et tamen talis filius naturalis non posset succedere tali matri illustri, habenti filios legitimos et naturales, ut in l. si qua illustris, C. ad Orficiam.

et hic; et idem post Mathesillanum tenet Angel. Aretin. in dict. §. *preferuntur*, column. penult. Neque huic dicto obstat, quod idem Mathesillanus notat in dict. tractat. fol. 7. col. 1. vers. *et ex hoc inferitur mirabiliter*, ubi voluit, quod quemadmodum filius naturalis non succedit patri in duabus uncis ab intestato, quia do pater habet legitimam sobolem, ut in authent. *lirét*, C. de natural. lib. r, sic neque talis pater naturalis habens talem sobolem, non succedet filio naturali, per textum in cap. *in quibus*, in authent. *quib. mod. natur. efficiant sui*, disponentem eodem modo et vice patrem naturalem succedere filio naturali, quo et filius naturalis sibi, et idem voluit Angel. Aretin. in dict. §. *preferuntur*, column. fin. post dictum Mathesillani, et Joann. Bapt. Catalup. in repetit. dict. l. *si quia illustris*, num. 42. quia illud dictum non credo esse verum, neque fundatur jure, quia dictus §. *in quibus*, intelligitur, ut ea vice et modo succedat pater naturalis filio, sicut et ipse filius naturalis sibi, quasi velit dicere, quod cum filius carniverit legitima sobole, succedat ei pater, sicut et filius succedit sibi parenti tali sobole: non vero prout intelligit Mathesillanus: quia est intellectus extraneus, et absurdus, et ita Ludovic. Bolognin. licet non sit declarans, impugnat ibi dictum Mathesil. in addition. et quia dato, quod dictum Mathesillani esset verum, procederet in successione patris naturalis, ad quam se restringit dictum cap. *in quibus*, et l. Partitarum supra eod. l. 8. in fin. non verò in matre, vel ascendentibus per lineam maternam, prout et voluit dictus Mathesillanus in successione matris illustris, ut prædixi.

(4) *Con los otros hijos legítimos*. Concordat cum l. *si qua illustris*, in fin. C. ad Orficiam, et §. *novissimè*, et ibi Glossa. Institut. eod. hoc tamen hodie corrigitur per l. 9. in *Ordinam. Tauri*, disponentem, quòd stantibus legitimis, spuris non succedat matri.

(5) *Natus ex damnato coitu*. Intellige ex quo mater debet in foro exteriori puniri. ut declarat Bart. in l. fin. col. 1. in vers. *quæro an succedat*, D. de his quib. ut indign. et idem vult Ang. de Aretin. in §. *novissimè*, Institut. de successione. col. fin. vers. *unum enim restat*: hoc etiam expressè disponitur in l. 9. in *Ordin. Tauri* ibi: *de dañado y punible ayuntamiento. de parte de la madre*, et Doctores loquentes secundum jus commune exemplificat in coitu cum consanguinea, vel affini, vel cum conjugata, vel moniali, vel in coitu inter dominam et servum, ut tradit Bart. ubi supra, et Joan. Baptist. de S. Severin. in l. *si qua illustris*, C. ad Orficiam. fol. 2. column. 1. Angel. in dict. §. *novissimè*, Institut. ad Orficiam. Idemque dicendum in nato ex virgine stupro vitata, cum etiam talis coitus punibilis sit etiam ex parte matris, ut probatur in l. *si uxor*, §. *si quis planè*, et in §. fin. D. ad leg. Jul. de adult. et in l. *foedissimam*, secundum primum intellectum Glossæ, C. ad leg. Jul. de adulter. et tenet Gloss. in l. *si mulier*, C. eod. quæ tractat, an pœna stupri respectu mulieris hodie sint immutata, sicut reperitur immutata in adulterio; de quo etiam per gloss. et Bart. in l. *si adulterium cum incestu*, D. de adulter. et per Salic. in l. *eum qui duas*, et in dict. l. *si mulier*, ubi distinguit, C. eod. et quòd etiam mulier punitur pœna stupri, sicut et vir, tenet Angel. de Aret. in tractat. *malefactorum*, in parte *che may adulterato*, column. 7. Videmus tamen hodie de consuetudine, virgiem non puniri pœna stupri, neque alia, neque in judicium id contra eam deduci, neque leges Partitarum virgini stupratæ talem pœnam imponunt, ut patet ex l. 1. et 2. tit. 19. et ex l. fin. tit. 18. 7. *Partit.* dummodò talis coitus non sit incestuosus, ut in dict. l. fin. ubi tamen virgo per vim, vel coitum impressivum esset stuprata, talis coitus non esset punibilis et parte matris, et filius ei succederet, ut tradit Bald. in *eam quam*, column. 6. vers. *et scias*, C. de fideicom. et in l. *si qua illustris*, D. ad Orficiam. et probatur in dict. §. *si quis planè*; idemque dicendum esset de coitu cum vidua honesta, l. *inter liberas*, et l. *si uxor*, D. de adulter. §. 2. Institut. de publico judic. Cum vidua verò honesta, etsi infimæ sortis sit, vel cum virgine paupere, vel infimæ sortis, stuprum est punibile, ut patet in dictis l. et in dicta l. 2. tit. 19. 7. *Partit.* et tradit Bertrandus consil. 158. volum. 5. Hodie verò per l. 9. *Tauri*, solus ille coitus dicitur damnatus et punibilis ex parte matris, eo respectu ut filius ab ejus successione excludatur, ex quo mater esset puniendi pœna mortis naturalis, seu ex quo mater incurrat in pœnam mortis naturalis, quod exemplifica in casu l. C. de mulierib. quæ serv. prop. se immisc. vel quando ex tali coitu mater committeret crimen incestus, ut in l. fin. tit. 18. 7. *Partit.* ibi cum dicit: *esta mesma pena deve auer la muger, que a sabiendas fizere este peccado*: et sic

vult, quod patiatur eandem pœnam, quam vir tali casu pateretur, quæ est pœna mortis; pro quo facit textus notabilis cum glossa in cap. *relegentes*, 25. quæst. 5. et licet pœna in adulterio sit innovata in muliere, non tamen hoc reperitur in incestu, ut in simili dixi supra ead. gloss. et notat Glossa, et Bart. in dict. l. *si adulterium cum incestu*, in princip. Quod saltem indubiè procederet in coitu nefario, et incestuoso inter ascendentes, et descendentes, Levitici cap. 18 v. 22. seu quando adulterium et incestus concurrerent, tunc sine dubio est pœna mortis, ut in dict. l. *adulterium cum incestu*, in princip. et ibi notat Bartol. et Angel. Aretin. in suo tractat. *malefactorum*. in parte *che may adulterato*, col. 5. in fin.

Quid autem si mulier uxorata ex coitu adulterino suscipiat filium, an talis filius adulterinus succedat matri? Et de jure communi nullum est dubium, cum talis coitus, ut dixi, sit damnatus et punibilis ex parte matris; dubium faciebat lex ista Partitarum, quæ cum dixi, *natus ex damnato coitu*, subdit, *que quiere dezir tanto, como el que nasce de muger religiosa*: Item in l. 4. tit. 5. eod. *Partit.* dicit: *nin puede establecer por heredero à ninguna persona, que fue nascida de dañado coitu, que quiere tanto dezir, como de vedado ayuntamiento, assi como de parienta, o de muger religiosa*, et non dicit de conjugata; sed nihilominus dicendum est isto jure Partitarum talem filium adulterinum non succedere matri, cum dictum loquantur gratia exempli, et non excludant alios similes casus, prout etiam in istis terminis allegans istam legem tenuit Rodricus Suarez in repetit. l. 1. tit. 6. lib. 3. *For.* l. fol. fin. ad fin.

Majus tamen dubium in hoc surgit ex dispositione dictæ l. 9. in *Ordin. Tauri*, et ex l. Fori permittente, ut mulier adultera occidatur à viro, ut patet in l. 1. tit. de los adulteros, lib. 4. *For.* l. nam ex hoc videtur dicendum ex tali coitu mulierem incurrere pœnam mortis; et in hanc sententiam inclinant aliqui et interpretibus illius l. 9.

In contrarium tamen fortiter facit, quia illa l. Fori non jubet, sed permittit, et non damnat ad mortem, sed permittit, et sic non potest dici, quòd mater per legem incurrat pœnam mortis, ut in his terminis vult Bald. in l. *data opera*, column. penult. C. qui occis. non poss. et in cap. *ex litteris*, ad fin. de constitut. et est glossa notabilis, quæ communitè approbatur in l. *accusationis*, C. quod met. caus. et in isto casu maritus non est minister legis, sed ultor propriæ injuriæ, ut declarant ibi Salicet. et Paul. de Cast. quos videas. Propriam parte tamen multum facit, quòd sufficit, quòd aptitudine possit sequi pœna mortis, ut dicatur quis incurrere in pœnam mortis, argumento l. *sufficit*, D. de condition. indebit. sic etiam Doctores dicunt, quòd quando ex crimine non imponitur præcisè pœna capitalis, sed alternativè, quòd adhuc censetur crimen capitale, argumento l. *cum illud*, D. quando dies legal. ced. et tenet Bart. et alii in l. 2. D. de publico judic. ubi et Joan. de Imol. col. 2. vers. 3. *tangit*. Bartolus dicit, quòd satis esse debet ad iudicandum crimen capitale, quòd inspecta ordinata dispositione, facta super ipso crimine, possibile est pœnam capitale imponi posse. Sed potest responderi, quòd ista dicta Doctorum in dict. l. 2. procedunt, quia in casibus, quibus loquuntur, pœna capitalis, sive alternativè, sibi conditionaliter imponitur à lege; in isto verò casu, quo hic loquimur, lex non imponit pœnam mortis, sed permittit, et non omnibus de populo, sed tantum marito, et sic in ultionem propriæ injuriæ, et non ut ministro legis. Cogita, quia est passus pulcher, et hactenus non consideratus per aliquem ex Doctoribus Hispanis, quos ego viderim.

Qui autem de filiis clerici constituti in sacris, vel de filio monachi, vel monachæ professæ? Vide, quòd habetur in dict. l. 9. ad fin. et quæ dixi in l. 5. tit. 21. 4. *Partit.*

An autem hæc prohibitiõ, quòd filius ex damnato coitu non succedat matri, extendatur ad filios ultiores ultra primum gradum? Videbatur, quod sic, tanquam natos ex radice infecta, et quia non videtur, quòd esse possint melioris conditionis, per textum cum ibi notatis, in l. fin. C. de natural. liber. et per textum in l. *liberorum*, D. de verbor. signific. textus, et ibi colligit Abb. in cap. *causam*, et l. *qui filii sunt legitim.* cap. *lato*, et ibi Anton. eod. tit. et declarat Bald. in l. fin. C. de verbor. signific. l. *si viva matre*, C. de bon. mater. Contrarium tamen voluit Socinius consil. 148. column. fin. 1. volum. incipit, *memini jam sunt duo menses*, movetur, quia de jure antiquo omnis spurius succedebat matri, l. *si spurius*, et l. *hac parte*, D. unde cognat. et cum hodie per legem novam, scilicet per textum in authent. *quib. mod. natural. efficiant sui*, in §. fin. hoc re-

periat prohibutum in filiis primi gradus, prohibitio legis correctivæ non debet extendi ad ultiores gradus, l. *sancimus*, C. de testam. l. *præcipimus*, C. de appellat. et ita dicit colligi ex dictis Cui in dict. l. fin. C. de natur. liber. et quod ita in specie decidit elegans Doctor Joan. de Monte Sperello in l. *si qua illustris*, C. ad Orficiam. et ibi Socinius respondet ad allegata in contrarium, quod illa procedant in patre et paterna linea, in qua non habemus jura antiqua permissiva successione spuriorum et descendentium, sed tantummodò prohibitionem spuriorum, unde prohibita radice descendentes non remanent sub aliqua regula permissiva: et pro his dictis Socini facit etiam quod tradit Nicol. de Ubald. in tract. de successione ab intest. 3. part. column. 5. vers. 2. casu, dum concludit, quòd licet videretur dicendum, quòd ex quo pater illustris excluditur à successione filii spurii, ut in dict. l. *si qua illustris*, et similiter videbatur dicendum, quòd transversales etiam ex linea materna excludantur, cum infecta radice ramunculi non possunt pullulare. Tamen contrarium videtur dicendum, quoniam l. Digestorum simpliciter invitabat matrem et omnes conjunctos ex linea materna, non distinguendo esset mater illustris, vel non: lex autem Codicis correxit tantum quoad filios et matrem, quando superessent legitimi, nihil dicendo de aliis conjunctis; remanebit ergò jus commune intactum respectu talium conjunctorum, ut in dict. l. *præcipimus*, C. de appellat. et cap. *cum expedit*, de elect. lib. 6. et facit textus in authent. *de nupt. optimè*. Facit ad hæc, quæ notat Bald. in l. penult. C. de legitim. hered. ad fin. ubi dicit, quòd si statutum dicitur, quòd soror non succedat fratri, per hoc non videtur dicere, quòd è contra fratrem non succedat sorori, quia dato uno inconvenienti, non debet dari majus, secundum eum; et motus ex hoc dicto Baldi asserit Michael de Cifuent. in dict. l. 9. quòd consanguinei clericorum legitimi, et naturales succedunt filiis clericorum, et tamen tales filii non possunt succedere cognatis ex parte patris; ex quo similiter et tu posses dicere, quòd cum dicta l. Tauri solum repellat filium clericum à successione matris, extendens ad hoc et amplians l. de Soria, non excludentur nepotes et alii ultiores descendentes, qui pro se habent antiquas leges permissivas: et licet fortè quis dicat, quòd talis filius clericus non possit succedere cognatis etiam ex parte matris, per dictam legem, et l. de Soria, fratres tamen et sorores legitimi, et naturales talis clericus, benè possunt sibi succedere; quæ tamen dicta tam Socii, quam Michaelis non carent scrupulo, propter ea quæ habentur in dict. l. fin. et quia fratres, cæterique cognati, intestati fratribus, vel cognatis illegitimis, eo modo succedunt, quo ipsi illegitimi eisdem fratribus, vel cognatis et agnatis intestato decedentibus succederent, nam hæc successio reciproca est, ut in authent. *quib. mod. natural. efficiant sui*, in cap. *filium*, Angel. de Aret. in tractat. de testam. super verbo *volens intestatus decedere*, column. 8. et Nicol. de Ubal. in dict. tractat. de success. ab intest. 3. part. column. 3. et 4. Dicæ ergò, quòd dicta l. Tauri tantum ampliatur dispositionem l. de Soria respectu successione matris, à qua filium clericum vult excludi, non verò excludit filium clericum à successione cæterorum consanguineorum ex parte matris; et cum si lex correctoria, ut dixi in dict. l. 4. tit. 21. 4. *Partit.* debet intelligi, et limitari tantum in casu in quo loquitur. Et sic succedet filius clericus consanguineus ex parte matris, et versa vice succedent ei tales consanguinei; pro quo satis benè confert quod tradit Nicol. de Hubald. ubi supra, dum concludit, quòd transversales per lineam maternam, adulterini, vel incestuosi filii, seu nati ex alio damnato coitu, cum habeant inter se jus cognationis et proximitatis, licet non jus agnationis, succedent talibus cognatis spuris, neque reperitur jure cautum, quòd tales excludantur: et cum mater solum excludatur propter suum delictum à successione filii spurii, et propter idem delictum filius à successione matris, ut probatur in dict. cap. *filium*, ibi, sed sit supplicium hoc parentum, et agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiæ eorum habebunt filii; non est ergò conveniens, quòd frater, vel alius transversalis, qui sine aliqua culpa fuit, excludatur à successione dicti spurii, vel ipse filius à successione transversalis sui, per regulam, *non debet quis sine culpa, de regul. jur.* et hanc partem asserit tenuisse Joan. Petrucci præceptorum suum, in l. fin. D. de in jus vocand. et etiam voluisse Dinum: dictum tamen Michaelis cum loquitur de consanguineis clericis, non potest stare per supradicta, cum lex de Soria repellat ab eorum successione filium clericum, et versa vice ipsi videntur ab ejus successione exclusi.

(6) *Religiosa*. Ut in l. *si quis non dicam rapere*, C. de Episcop. et cleric. et hic adde Gloss. in cap. *virginibus*, 27. quæst. 1. quòd accedens ad monialem committit tria crimina, incestum, scilicet, et adulterium et sacrilegium, et bona talis applicantur monasterio, ut in cap. *si quis rapuerit*, ead. causa, et quæst. et de pœna etiam ipsius monialis, vide in cap. *si qua monachorum*, ead. caus. et quæst.

(7) *De noble linaje*. De illustri dicit, ut in l. *si qua illustris*, C. ad Orficiam. de qua ista sumpta est.

(8) *Con el legítimo*. Hoc est hodie regulare, etiamsi mater non sit illustris, ut in dict. l. 9. in *Ordinam. Tauri*; succedet ergo matri, non obstante filio, vel filiis legitimis, ut hic, et in dict. l. 9.

(9) *Espurio es llamado*. Nota hic, quòd dicitur spurius ille, cujus pater ignoratur: similiter et dicitur, quòd dicitur spurius, qui ex damnato coitu nascitur, ut tradit Salicetus post Gloss. in dict. l. *si qua illustris*, et adde ad id quòd dicit ista lex, §. *si adversus*, Institut. de nupt. et sic dicitur spurius quasi sparsim conceptus. Vide quæ in hoc tradit Didacus à Covarruv. in suo epitome matrim. 2. part. cap. 8. §. 3. in princ.

LEY XII — En que manera pueden heredar entre si los hermanos que son dichos naturales.

Fijo natural (1), que non es nascido de legitimo matrimonio, si murire sin testamento, non auendo fijos, nin nietos, nin madre, estonce sus hermanos que le pertenescen de parte de su madre (2) (a), deuen auer todo lo suyo (3): e si otros hermanos ouiere de parte de su padre tan solamente, non heredaran (4) ende ninguna cosa. E esto es, porque los hermanos que le pertenescen de parte de su madre, son ciertos, e los de parte del padre son en dubda. Mas si este fijo natural que muriesse sin testamento, ouiesse otros hermanos naturales, que le pertenesciesen de su padre tan solamente, e non ouiesse de los otros que fuessen nascidos de su madre como el; estonce, estos tales (5) bien heredaran lo suyo, porque son los mas cercanos parientes. Fuera ende, si el que assi muriesse ouiesse hermano natural e legitimo (6) de parte de su padre. Ca estonce, este ha mayor derecho en la herencia, que los otros naturales que son de parte del padre tan solamente. Otrosi dezimos, que los fijos naturales non han derecho de heredar los bienes de los legitimos (7), nin de los parientes otros (8) que le pertenescen de parte de su padre: mas de los otros parientes que le pertenescen de parte de su madre (9), que muriesse sin testamento, bien los puede heredar, seyendo ellos mas propinquos parientes.

(a) Véase la glosa de Gregorio Lopez que cita la L. 9 de Toro, ó sea hoy la L. 5, tit. 20, lib. 10 de la N. R.

LEX FINALIS. — Filio naturali ab intestato decedenti sine liberis et matre, succedunt fratres ex parte matris, exclusis fratribus ex parte patris tantum; non extantibus tamen fratribus uterinis, seu ex parte matris, succedunt fratres consanguinei seu ex parte patris tantum, quibus tamen præfertur, qui eorum fuerit legitimus et naturalis. Item filii naturales non habent jus succedendi ab intestato legitimis, neque consanguineis ex parte patris tantum, licet aliis cognatis ex parte matris sic. Hoc dicit.

(1) *Fijo natural*. Propriè de filio naturali loqui videtur, de quo in l. 8. supra eod. Quid autem si sit natus ex damnato coitu, an succedat ei fratres uterini, scilicet ex parte matris procreati, vel alii transversales ex parte matris est maxima contentio inter Doctores, nam Mathesillanus in suo tractat. de success. ab intest. fol. 15. col. 2. cum sequent. dicit, quòd sive uterque prædictorum fratrum, scilicet defunctus et succedere volens, aut alter tantum natus sit de damnato coitu; nullo modo invicem succedere possunt, quia non